Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



h Loqre ad filios isrl. et dices ad eos.

dabitis sex ert infugitiuorum auxilia separata. ut
fugiat ad ea qui fuderit sanguinem. Et exceptis his alia
quadraginta duo oppida id simul quadraginta octo
cum suburbanis suis. Ipse quoque urbes que dabuntur expos
sessionibus filiorum isrl. ab his qui plus habent plures aufe
rent. et qui minus pauciores. singuli iuxta mensuram heredi
tatis sue dabunt oppida leuitis. Ait dns ad moysen. Quan
do transgressi fueritis iordanem in terra chanaan. decernite
que urbes esse debeant in presidia fugitiuorum. qui nolentes
sanguinem fuderint. in quibus cum fuerit profugus cognatus
occisi eum non poterit occidere donec stet in conspectu multi
tudinis. et causa illius iudicetur. De ipsis autem urbibus que ad fugi
tiuorum subsidia separantur tres erunt transiordanem. et tres in terra
chanaan. tam filius isrl quam aduenis atque peregrinis. ut confu
giat ad eas qui nolens sanguinem fuderit. Si quis ferro percusserit
et mortuus fuerit. qui percusserit reus erit homicidii. et ipse
morietur. Si lapidem eiecerit et ictu occubuerit. similiter puni
etur. Si ligno percussus interierit. percussoris sanguine uindica
bitur. propinquus occisi homicidam interficiet. statim ut apprehen
dent eum percutient. Si per odium quis hominem impulerit uel iecerit
quippiam in eum per insidias. aut cum inimicus esset manu percusserit
et ille mortuus fuerit. percussor homicidii reus erit. Cognatus
occisi statim ut inuenerit eum iugulabit. Quod si fortuitu et absque
odio et inimicitiis quicquam horum fecerit. et hoc audiente
populo fuerit comprobatum atque inter percussorem et propinquum sanguinis quies
tio uentilata. liberabitur innocens de ultoris manu. et re
ducetur per sententiam in urbem ad quam confugerat. manebitque
ibi donec sacerdos magnus qui oleo sancto unctus est moriatur.
Si interfector extra fines urbium que exulibus deputate sunt
fuerit inuentus. et percussus ab eo qui ultor est sanguinis. absque
noxa erit qui eum occiderit. Debuerat enim profugus usque ad